



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

I. Kaiser Otto vereignet dem Kloster Memleben Nienburg, Dubie und Brichowa im Havellande, am 21. Juli 981.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

## U r k u n d e n.

I. Kaiser Otto verzeihet dem Kloster Memleben Nienburg, Dubie und Brichowa im Havel-  
lande, am 21. Juli 981.

In nomine sancte et individue trinitatis Otto divina favente clementia Imperator Augustus, Nouerit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum cautela, qualiter nos interventu et petitione dilecte conlectalis nostre Theophanie Coimperatricis Auguste pro remedio anime nostre et genitoris nostri aequivoci, Coimperatricis nostre pietatis ductu, loca quedam et Castella in partibus Slavonie, Nienburg, Dubie et Brichowa dicta, in pago Hevellon nuncupato in Comitatu Dieterici Marchionis juxta fluvium Havela dictum sita, ad quendam locum Mimelebo dictum in honore sancte Dei genitricis semperque virginis Marie cum monachis sub monastica institutione et regula degentibus a nobis nosiraque conlectali Theophana speciali devotione et sumptu inceptum et constructum, ubi idem jam presatus genitor noster diem sortitus est ultimum, cum Burgwardis et omnibus utensilibus illuc rite pertinentibus in perpetuum tradidimus in mancipiis utriusque sexus, edificiiis, terris cultis et incultis, areis, vineis, silvis, venationibus, aquis agrarumque decursibus, molendinis, piscationibus, pratis, pascuis, campis, viis et inviis, exitibus et reditibus quaesitis et inquirendis, et omnibus utilitatibus, que adhuc dici aut nominari possunt, ea videlicet ratione ut Abbas cum monachis in predicto loco Mimelebo Deo famulantibus liberam inde teneat potestatem tenendi, commutandi, seu ad eorum necessaria, prout eis visum fuerit, constituendi atque disponendi. Et ut hec traditionis nostre donative per tempora succedentia a nullo unquam divelli vel inquietari possint, hoc nostre majestatis preceptum inde conscribi, manaque propria subtus notatum sigilli insuper nostri impressione jussimus sigillari Hildeboldus Episcopus et Cancellarius ad vicem Willegisi Archicapellani notavi. Data XII Cal. Aug. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXI, Anno regni secundi Ottonis XXI, Imperii autem XIV.

Wenzl, Hess. Landesgeschichte Urkundenbuch zum 2. Theil S. 36.

II. Die Markgrafen Otto und Conrad schenken die Kirche zu Berge dem Kloster in Hilbege-  
rode, am 24. August 1292.

In nomine domini Amen. Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses et de Landsberg universis, hanc litteram intuentibus seu cernentibus, salutem in domino sempiternam. Cum multotiens actus hominum legitimi propter diversos casus, qui rebus humanis incidunt, immutentur, expedit ut gesta hominum mobilia, ne simul labantur cum lapsu temporis, linguis testium ydoneis et scriptis autenticis eternentur. Ad universorum igitur noticiam tam presentium quam futurorum Christi fidelium deducimus per presentes, quod, cum cenobium Hilbregerode, ordinis Premonstratensis et domini canonici regulares, inibi domino famulantes, videlicet Theodericus prepositus, Lambertus prior, totusque conventus variis angariarentur tribulationibus: tum propter

Haupttheil I. Bd. VII.

39